

sanc*tus*. Ad idem deseruit exitus populi Israe*l* de E*gypto* per desertum in terram promissionis, qui secundum omnes figura est ex euentum de tenebris peccatorum per desertum huius vite in terram viventium nobis omnibus promissam, ut patet per apostolum ad litteram. i. Cor. 10. vbi loquitur ad litteram de his, quae contingunt in deserto, dicens. Omnia in figura contigerunt illis, scripta sunt autem ad nostram correctionem. Constat autem per paucos eorum terram promissam intrasse. De quo Orige super lib. Numerorum ait. Timendum est Christianis, ne eo numero intrent in regnum colorum, quo filii Israe*l* in terra promissionis sunt ingressi, de 62550, qui exierunt de E*gypto* duo terram, p*missionis* tantummodo intrauerunt.

Accipe & de his, quae natura producit exempla. Nam in tritura arca ita gran*a* in horreum reponenda sub stipulis, & palea latent, ut pen*e* nihil eorum respectu videantur. Despini*s* rose pauc*ae* aculei oriuntur multi. Sed & arbor fructus bonos paucos produc*t*, flores plures, folia vero sine numero. Et viuens saliter ita videtur, ut ea, quae prosunt, perfecta, nobilia pauca, plurima vero imperfecta, inutilia, ignobilia. Una tantum species rationalium, plurimi bellatuum. Populares deniq*ue*; plurimi pauciores nobiles, principes pauci, unus tam monar*ch*a, imperator, vel papa. Ita sapienter ambiantes in lege domini pauci. Stultorum vero infinitus est numerus Eccl. 1.

DOMINICA IN SE
xagesima Sermo. I. in oratione. XXI.

De acti*n* SEMEN cecidit in terram bona*rum*, bus me*re* & ortum fecit fructum centuplum ritoris, ^{sup*er* Luc. 8. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.} & que Nasciturus fructus, semen pre*re*quirat, & terram non quom*unq*; sed *f*e*cundatur*. Ne*q*; enim sine semine ager fructificat pinguis*simus*, nec *f*e*cundat* agrum qu*e*

libet semen projectum. **A**ctus namque aetiarum (ut ait Arist. 2. de anima) sunt in patiente pr*ae*disposito. Ita & nos cum in dominica proxima vocati sumus ad vineam domini ut fructuosa opera producamus, fructuosa inquam non temporaliter, sed pr*ae*m*ii* insufficientis meritoria, utrumque in nobis oportet esse; s*ed* f*ac*ta Deo projectum, quod est gratia, & terram, arbitrium. s*ed* liberum bene dis*positum*. Nec enim sufficiens sumus ex nobis, aut nostris naturalibus meritoria operari, ut Pelagiana heres mentitur, dicente domino per Osee 13. Perditio tua ex te Israe*l*, tantum modo in me auxilium tuum. Cui confonat illud Mat. 19. Saluari, apud hominem est impossibile, apud Deum autem omnia sunt possibilia. Hinc ad Rom. 9. apostolus ait. Regnum Dei non est voluntatis, neque currentis, sed Dei misericordie. Inconscie ergo, & indubitanter temeramus, ait magister lib. 2. dist. 28. Liberum arbitrium sine gratia pr*ae*ueniente, & adiuuante non sufficere ad salutem, & iustitiam obtinendam. Ne*q*; n*on* gratia sine nobis sufficit ad merend*u* , dicente magistro dist. 27. lib. 2. Nullum meritorium est in homine, quod non sit per liberum arbitrium ex parte. De quo etiam Chrys. lib. 1. de compunc. cor. ita ait. Gratia Dei nihil requirit a nobis, sed ipsa est, quae facit quemque perfectum, cur non ex omnibus, cum infunditur in omnes, sunt perfecti? non est enim personarum acceptor Deus. Sed quoniam non solum gratia Dei hoc agit, sequitur, quod & nos, quod in nostris viribus est, compleamus. Idcirco venit quidem ad unumquemque gratia Dei sed apud eos, qui digni expletu*s* ea, quae in eis sunt, permanent. Ab his vero, qui minus digni agunt discedit cito. Ad eos autem, qui nec initium faciunt conuicti ad dominum, omnino nec veniti. Ex hoc due elic*i* posunt doctrinae. Prima. Non debemus gloriari in bonis operibus, vel factis tanquam de nostris, nec ea predicare ut nostra, sed dicere cum prophet*a*. Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Secunda.